



# **Tessaradecas consolatoria p[ro] laborantibus & oneratis Martini Lutheri Aug. Vuittenbergen[sis].**

<https://hdl.handle.net/1874/428925>

**T**ESSA

radecas consolatoria p laborantibus  
& oneratis Martini Lutheri Aug.

V uittenbergen.



# S P R A E F A T I O



P O S T O L V S P A V  
lus Romañ. xv. definiturus Chrl  
stianorum solatia dicit. Fratres,  
quæcunq; scripta sunt, ad nostrā  
doctrinā scripta sunt, ut p patien  
tiam &c consolationē scripturā  
spem habeamus, in quo aperte do  
cet. Solatia nostra e scripturis san  
ctis esse petenda, Scripturæ san

ctis autem gemino consolationis tropo utuntur, dum duas  
imagines rerum saluberrima temperie mixtas proponunt,  
malarum uidelicet & bonarum, sicut Ecclesiasticus Sapi  
ens dicit. In die malorum memor esto bonorum, & in die  
bonorum memor esto malorū. Scit enim sp̄ritus sanctus  
talem ac tantam esse homini rem quācunq; qualis & quā  
ta eius in ipso ualuerit opinio, quod enim uile & nihil du  
cit, parum quoq; afficit, seu amore, si ueniat, seu dolore,  
si recedat. Ideo id omni studio conatur, ut hominem a rei  
opinione & affectu auocet. Quod ubi effecerit, iam res  
qualibet sunt indifferentes, cum autem hæc auocatio po  
tissimum uerbo fiat, quo transfertur opinio a re, quæ præ  
senter afficit in rem, quæ uel absens est, uel non afficit præ  
sens, optimo iure, non nisi per scripturarum consolationem  
habebimus, quæ nos in die malorum auocet ad spectanda  
bona, quæ uel præsentia, uel futura sunt, simul in die bono  
rum auocat ad spectanda mala. Verum ut hæc duo spe  
ctra & imagines melius capiamus, dabimus unicuiq; sua  
partes septem. Prior imago habebit mala quæ conide  
rentur. Primo, intra se. Secundo, ante se. Tertio, post se.  
Quarto, iuxta se in sinistro. Quinto, in dextro. Sexto, in  
tra se. Septimo, supra.

**C**aput primum, de spectro primo, quod est  
malum internum.

**H**oc rarum est & uerissimum, siue id credit homo siue  
no, nullum esse posse in homine cruciatum tantum  
qui pessimum sit malorum, quae in ipso sunt, adeo sunt longe  
plura & maiora in ipso mala, q; quae sentit. Si enim suum ma-  
lum sentiret, infernum sentiret, nam infernum in seipso ha-  
bet Quæris quod? dicit Propheta. Omnis homo mendax.  
Et iterum, uniuersa uanitas omnis homo uiuens. Esse autem meda-  
cem & uanum, est esse uacuum ueritate & re ipsa. At sine uerita-  
te & re ipsa esse, est sine deo esse & nihil esse, hoc autem est, in  
inferno & damnatum esse, Ideo deus misericorditer nos casti-  
gans, leuiora mala nobis aperit & imponit, sciens q; si hoiem  
in suum malum deduceret cognoscendum, mox in momento pe-  
nitentia, sed & nonnullos hoc gustasse dedit, de quibus dicitur,  
deducit ad inferos & reducit. Proinde recte dicunt, qui pas-  
siones corporales uocant, quædam monitoria mali interni.  
Et Apostolus Heb. xij. uocat eas disciplinas dei paternas  
dicens, flagellat autem omnem filium quem recipit, quod  
facit, ut his flagellis & paruis malis, expellat magna ista  
mala, nequando ea sentire oporteat, sicut Proverbio. xxij.  
Stultitia colligata est in corde pueri, sed uirga disciplinæ  
fugabit eam. Nonne & pri parentes, plus in filiis dolent, si  
sint fures aut mali, quam uulnerati? immo ipsum eos cae-  
dunt & sauciant, ut mali esse non possint.

**C**Quid ergo obstat, quod hoc malum uerum non sen-  
tur? Nempe, ut dixi, deo disponente ita fit, ut homo non  
deficiat, si sua mala poenitissima uideat, Nam abscondit  
ea, uolens sola fide ea cerni, dum ea indicat sensibili malo.  
Itaque in die malorum, memor esto bonorum, uide quantum bo-  
num sit, non esse totum malum, huius esto boni memor, &  
minus cruciabit sensibile malum. Ita rursus in die bonorum me-  
mor esto malorum, id est, dum indolens es uerorum mali-  
orum, in hac indolentia gratus esto, & memorare uerorum  
malorum, tum siet, ut minus sentias sensibile malum.

**C**laret ergo maiorem esse in homine semper indolentiam quam dolorem in hac uita, non, q̄ non præsens sit malum totum, sed quod opinio & affectus eius, non sit per dei bonitatem, qui abscondit ipsum.

**H**inc uidemus eos, quibus datum est suum uerum malum intueri, q̄ atrociter in seipsoſ ſeuant, q̄ nihil ducant, quicquid pati poſſunt in tota uita, modo infernum suum non ſentiant. Ita unusquisq; faceret, si uel ſentiret, uel crederet firmiter malum suum internum, ſpōte aduocaret extra mala, iudiceret in eis, atq; nunquam triftior eſſet, quā dum non haberet mala, ſicut nouimus quosdam sanctos fecisse, qualis David psalmo ſexto.

**N**igitur prima imago consolatoria eſt ſibiipſi dicere, nondum o homo, ſentis malum tuum, gaude & gratias age, q̄ non ſentire cogeriſ, atq; ita malum comparatione maximis, leue fiet. Hoc eſt, quod alij dicunt, longe peiora, etiam infernum meritus ſum, facile quidem dictu, ſed intolerabile.

**A**tq; hoc malum quantumlibet lateat, tamen **sensu**. fructus ſuos prodiſ ſatis ſensibiles. Hi ſunt, timor & incertitudo trepidæ conſcientiæ, qua fides impugnat, dum homo nescit aut dubitat, an habeat propitium deum, qui fructus tanto acerbior eſt, quanto fides infirmitor. Atq; hæc ſola infirmitas digne perpenſa, cum ſit spiritualis, longe præponderat corporali, quam & leuiffimam reddit ſui comparatione, diligenter facta.

**P**ræter hæc ad interna mala pertinet tota illa tragedia, quam Ecclesiastes deſcribit, ubi toties uanitatem & afflictionem ſpiritus commemorat. Quot enim conſilia fruſtra capimus? quot uota noſtra illuduntur? quot uidemus? quot audimus quæ nollemus? A tq; hæc ipſa quæ ad uotū cædunt, contra uotum quoq; cædunt, adeo nihil integrum atq; perfectum eſt. Deinde hæc omnia tanto maiora ſunt, quanto altiori loco & ordine quispiam ſederit, quem necelle eſt, præ cæteris in eadem re laborantibus, longe pluri bus & maioribus aëſtibus, fluctibus, procellis agitari, ut recte psalmus, cuij. dixerit. A nimalia pusilla & magna, & re-

ptilia, quorum non est numerus, in hoc mundi marcesse, id est, tentationum infinita nomina. Sed & Job septimo, uitam hominis ob hoc temptationem uocat.

**H**ec uero non ideo mala non sunt, quia minus sentiuntur, sed quia usu & assiduitate uiluerunt, & affectus atque opinio, in his detrita sunt, operante deo, ideo rara potius mouent, quod adhuc nullo usu didicimus contemnere. A deo uerum est, uix milesimam partem malorum nostrorum nos sentire. Adeo denique uerum est, mala nostra non rei ueritate, sed opinione & affectu nostro metiri, sentiri aut non sentiri.

**C**aput secundum, de secundo spectro, quod est maius futurum, seu ante nos.

**N**on parum leuabit præsens quodcumque malum, si ad futura uertas animum, quæ tot & talia & tanta sunt, ut huic unius datus sit magnus ille, & unus principalius affectum, qui timor dicitur, definientibus quibusdam, quod timor sit affectus de futuro malo, ut & Apostolus dicat ad Romanos undecimo. Noli altum sapere, sed time. Hoc malum, eo maius est, quo incertius est, quale & quantum sit futurum. Ita ut uulgo quoque proverbiū teratur. Non est ulla ætas scabiei etiam superior, quod tamen puerile atque adeo infantile malum est. Adeo a nullis nullius hominis malis, ullus hominum libere securus est, sed quicquid patitur homo, pati potest & alter. Huc pertinent omnes historiae & tragœdiae omnium sæculorum, omnes querelæ totius mundi, huc, quod quidam obseruarunt, plusquam trecenta nomina morborum, quibus corpus humanum uexari potest. Si autem tot morbi, quot alij (putas) erunt casus rerum, amicorum, tandem ipsius animi, qui omnium malorum principale subiectum est, tristitiaque, ac malorum unicum receptaculum.

**A**ugebat uero malorum uis & sensus, quo major fuerit & dignior status, ubi inopia, ignominia, & omnia indigna, cum etiam subito possint accidere, necesse est, ut sicut tenui pendent omnia filo, formidanda sint omni hora, non secus ac gladius ille, quem Dionysius tyrannus super caput coniuixit sui suspendit.

**C**Horū autem, quicquid non acciderit, pro lucro habendū est, ac nō paruo solatio, eius malī quod accidit, ut etiam hic cum Hieremīa dicere cogarīs, misericordiæ domini, quod non sumus consumpti. Nam quicquid illorū non accidit, prohibente excelsi dextra non accidit, quæ uallat nos undiq; tanta fortitudine (ut in Job monstratum est) ut Satan & mala indigne etiam ferant, sese esse prohibita. Proinde uide mus q; dulciter sit amandus dominus, quoties nobis quid acciderit, nempe quod unico hoc malo nos moueat amantisimus pater uidere, quot instent mala, quæ nos petant, si non ipē obstaret, ac si dicat, Satan & Chaos malorū expectit te, ut cibret te. Sed ego posui terminum maris, & dixi ei, huc peruenient, & confingentur tumentes fluctus tui, si-  
cut dicit in Job. xxxvij.

**V**erū esto, nullum eoz sit uentury, forte sic deo uolente, saltem illud quod omnium terribilium maximū dicit, scili-  
cet mors certissime futura est, & nihil incertius hora eius.  
**Q**uod sane malum tantum est, ut uideamus multos hoīes etiam cum omnibus prædictis malis malle uiuere, q; illis fa-  
nitis semel mori. At tq; huic unī cum cætera contemnat, scri-  
ptura quoq; accommodat timorem, dicens. Memorare no-  
uissima tua, & in æternū non peccabis. Huc uide, quot me-  
ditationes, quot libri, quot modi, quot remedia sunt conge-  
sta, ut hac unius malī memoria peccatis absterrent mundū  
contemptibilem faciant, passiones & mala alleuient, & tri-  
bulatos consolentur, comparatiōe tam horribilis & magni,  
sed aliquando necessarij malī. Nemo est, qui non omnia ma-  
la optet subire, si per ea liceret, & mortis malum euadere.  
Hoc sancti quoq; timuerint, hoc Christus cum pauro &  
sanguineo sudore subiuit. Ita ut misericordia diuina nullo  
maiore negotio curarit pulillanimes confortare, quam in  
hoc malo, ut uidebimus infra.

**H**æc omnia uero communia sunt omnibus hominibus,  
sicut & communia salutis beneficia in eisdem malis. Cæte-  
rum Christianis noua causa est timendi futuri malī & pro-  
pria, quæ omnia mala prædicta facile superet. Hæc est quā

**A**postolus pingit, prima Chorinthios decimo, dices. Qui stat, uideat ne cadat. A deo lubrica uita est, adeo potens est hostis armatus nostris proprijs uiribus ( .i. carnis & omnium affectionum malaꝝ præsidijs) stipatus infinitis mundi copijs, delitijs & uoluptatibus a dextra, asperitatibus & hominum malis uoluntatibus a sinistra, præter eam, qua ipse instructissimus est, mille modis nocendi, seducendi, perderendi arte. Ita uiuimus, ut ne momento quidem securi simus de bono proposito nostro. Cyprianus multa huiusmodi commemorans in epistola de mortalitate docet optandam esse mortem, tanquam subuentricem uelocem ad euadenda haec mala. **A**c uere ubi fuerint boni cordes hi homines, qui haec pericula infinita inferni digne animo tractant, uideamus eos contempta uita & morte (id est, omnibus malis prædictis) optare solui, ut hoc malo peccatoruꝝ in quo sunt ut priore spectro diximus, & in quod cadere possunt, de quo nunc dicimus, simul soluantur. Et sunt sane haec duæ rationes iustissimæ non tantum mortis optandæ, sed & omnium malorum contemnendorum, nedum unius mali leuiter ferendi, si cui dederit dominus, ut eis promoueat, donum utiqꝝ dei est eis moueri. **Q**uis enim recte Christianus, non optet etiam mors nedum infirmari, qui uideat, ac sentiat, si dum sanguis uiuit in peccatis esse, & continue in plura ruere posse, & cottidie ruere, ac sic contra amabilissimam, amabilissimam patris sui uoluntatem sine intermissione agere? Hoc enim indignationis æstu, & Paulus ad Romanos septimo comotus, cum se non agere bonum quod uellet, sed malum quod nollet quæstus fuisset, exclamauit. Infoelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei, inquit, per Iesum Christum & cætera, parum diligit deum patrem suum, qui non præfert mortis malo, hoc peccandi malum cum ille mortem in hoc ordinarit, ut hoc malum aliquando finiat, & sit mors uitæ, ac iustitiae ministra, de quibus infra.

**C**aput tertium, de spectro tertio, quod est malum præteritum, seu post nos.

**I**N hoc eximie præ cæteris lucet dulcis misericordia dei patris, potens nos consolari in omni angustia nřa. Neq; enim præsentiorum manum dei super se quilibet sentit, qđ dum recogitat annos uitæ præteritæ, dicit B. A ugu. Si ho mini daretur optio, ut aut moreretur, aut præteritam uitam suam iterū ageret, futurū esse, ut mori eligeret, tanta & pericula & mala uidens, quæ uix & ægre euaserit. Quę sententia uerissima est, si digne pensetur.

**H**ic enim cernere licet, quoties sine suo studio, sine cura, immo circa & contra uotū, multa fecerit & passus sit, quoꝝ adeo non habuit consilium, antequam fierent, aut dum gererentur, ut finito opere, secum mirans, tum primum cogat di cere. Quorsum hęc mihi cesserunt, quæ nec cogitaui, aut lo gealia cogitauit: ita ut uerū sit, puerbiū. Homo, pponit, deus aut disponit. i. in diuersum ponit, & aliud qđ homo, pponit, efficit, ut uel in hoc uno negare non possumus, uitam & actus nostros, non nostra prudentia, sed mirabilis potentia, & consilio, & bonitate dei fuisse gubernata. **H**ic perspicit, quoties deus nobiscum fuerit, ubi nec uidimus, nec sensimus, ac qđ uere dixerit Petrus. Ipiſ enim est cura de nobis.

**Q**uare si non essent libri, nec sermones, tam omnibus. men ipa nostra uita, per tot mala & pericula ducta, si consideretur, abunde nobis diuinam bonitatem commendat præsentissimam & suauissimam esse, ut quę nos longe ultra consilium & sensum nostrum, uelut in sinu suo portauit, & ut Moses Deutonomij tricesimo secundo, dicit. Dominus custodit uisum quasi pupillam oculi sui, circundauit eum, & portauit in humeris suis.

**A**tq; hinc natæ sunt exhortationes illæ in psalterio. Memor fui dierū antiquorū, meditatus sum in oībus operibus tuis. Et in factis manuum tuarū meditabar. Memor ero ab initio mirabilis tuorū. Et memor fui iudiciorū tuorū, & consolatus sum. Hęc & similia huc spectant omnia, ut sciamus, quod si tunc præsentem fuisse deum nobis uidemus, quando non cogitabamus, nec uidebatur adesse, iam quoꝝ præsentem esse non dubitemus, dum absens nobis uidetur.

**N**am qui in multis necessitatibus nos sine nobis suscepit, etiam in modico, etiam si derelinquere uideat, non derelin quer, sicut in Esaia dicit. Ad momentum & modicum dere liqui te, & in miserationibus magnis congregabo te.

**H**is si addas. Quis nostri curam habuit tot noctes dormientium? quis p nobis sollicitus fuit, quoties laborauimus, Iusimus, & omnia illa infinita egimus, in quibus nihil ipsi pro nobis solliciti fuimus? Aut quantum est tempus, quo nostri curam habemus? Ipse avarus dum sollicitus est pecuniam querere, in querendo & agendo sollicitudinem ponat necesse est. Ita uidemus quam uniuersa nostra cura, uelimus, nolimus, ad deum solum redeat, uix rarissime nobis nostro relieti consilio, quod tamen & ipsum ideo facit dominus, ut erudiat nos, ad agnoscendam suam bonitatem, ut aliquando uideamus, quantum intersit inter curam suam & nostram. Ita fit, ut nos quandoque leui morbo alioue malo sinat impeti, dissimulans suam curam (non enim aliquid non curat) simul tamen prohibens, ne tot mala quot instant, undique simul irruant, ut nos sicut filiolos charissimos tentet, an suae curae, per omnem aliam uitam cognitae, uelimus nos credere, & quam inutilis & impotens sit nostra cura uidere. Quid enim nobis prosumus, aut possemus praedeset tota uita, qui unicum dolorem cruris, paruissimo tempore curare non possumus.

**Q**uid ergo tam anxi sumus in punto unius periculi aut malii, nec ei curam relinquitur, cum uita ipsa teste, tot malis ab eo eruti sumus & seruati sine nostro studio? Ista inquam nosse, est opera dei nosse, meditari in operibus eius, & ea memoria consolari in aduersitatibus. Qui autem ignorant, incurrit in illud ps. xxix. Quoniam non intellexerunt opera dei, & opera manuum eius, destrues eos, & non adfici cabis eos. Sunt enim ingratii uniuersae curae dei, super eos in tota uita habitae, qui modico punto curam sui, non ei cedunt.

**C**aput Quartum de spectro quarto, quod est  
malum infernum seu infra nos.

**A**Dhuc non aliud uidimus in oībus malis, q̄ patimur,  
q̄ qđ diuina bonitas tanta tanq̄ p̄sens sit, ut in īnū  
miera mala, quibus sumus in hac uita circūdati, & p̄cenitus  
in eisdem īcarceratī, uix paucula, nec ea omni tpe sinant  
nos impetere, ita ut quoduis malum p̄sens q̄ premimur,  
non nīsi monitorūm fit lucrī cuiusdam magni, quo nos ho  
norat deus, dum non finit nos opprimi multitudine malorū  
in quibus sumus. Quod enim miraculum, si quis infinitis  
ictib⁹ tentetur, uel uno saltem aliquando tangatur: immo  
gratia est, non omnibus feriri, miraculum est, non multis  
feriri. Prīmū itaq̄ eorū, que īfra nos sunt malorū, est mors,  
alterū īfernus. Mortem aliorū tam uariam, tam indignam,  
si consideremus, qua plectunt̄ peccatores, facile uidebimus  
quanto nos lucro minora meritis nostris patiamur. Quot  
enīm laqueo, furca, aqua, strangulantur, aut gladio quoq̄ se  
riuntur, qui longe minora peccata forte fecerūt q̄ nos: ita ut  
illorū mors & miseria, nobis a Christo quoq̄ pro spectro  
obiiciāt, ī quo uideamus, quid nos meruerimus? dicit em  
**Luce.** xij. cum ei nunciarent quidam de Galilæis, quore  
Pilatus sanguinem miscuerat cum sacrificijs eorū. Respon  
dit, putatis q̄ hi Galilæi p̄ae omnibus Galilæis peccato  
res fuerint, quia talia passi sunt: Non dico uobis, sed nisi pe  
nitentiam habueritis, omnes similiter peribitis, sicut illi de  
cem & octo, supra quos cecidit turris in Siloah, & occidit  
eos, putatis, q̄ & ip̄i debitores erant, p̄ter omnes homines  
habitantes Hierusalem: Non dico uobis, sed si poenitentia  
non habueritis, omnes simul peribitis. Neq; enīm cogitare  
possimus mitiora nobis deberi mala, qui maiora uel similia  
peccata commisimus. Nec iustitia & ueritas dei propter  
nos iniqua & mendax erit, quæ unicuiq; iuxta opa sua red  
dere disposuit, si non ip̄i praeuenerimus, & saltem paruulo  
malo patienter tolerato, satissicerimus.

**I**n inferno uero & æterna damnatione, quot milia sunt:  
qui nec milesmam peccatorū nostrorum partem habent:  
quot ibi uirgines, pueri, & quos nos innocentēs uocamus:  
Quot religiosi, sacerdotes, coniuges, qui tota uita uisi sunt

deo seruire, & uno forte casu lapsi in æternum plectur? Nec enim hic dissimulandum est, una est iustitia dei in q̄li bet peccato, æqualiter odit & damnat peccatum in quoq; q̄ repertum fuerit. An non hic uidemus in estimabilem dei misericordiam, quæ toties meritos non damnauit? quantū quæso est quod pati possumus, uel tota uita ad poenam æternam, quam illi uno delicto meriti patiuntur? nos int̄ērim liberi, & multis a deo dissimulatis peccatis seruati. Q; enim haec dei beneficia non curamus, aut frigide æstimas, ingratitudo est, & quædam incredulitatis insensata duritia. **T**Præterea huc conueniendis sunt infideles, gentes, Iudei, infantes, quibus si data fuissent ea, quæ nobis data sunt, non in inferno, sed in cœlo essent, ac longe minus peccassent. Nam & hoc spectrum Christus nobis *Matt.* ob ocl̄os ponit. d. Væ tibi Coro Zaim, Væ tibi Bethsaïda. Quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & in cinere poenitentiam egissent, ueruntamen dico uobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij q̄ uobis, Væ tibi Capernaum, quæ usq; in cœlum exaltata es, usq; in infernum descendens, quia si in Zodomis factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in te, forte mansissent usque in hanc diem, ueruntamen dico uobis, quia terræ Zodomorum remissius erit in die iudicij quam tibi. Videamus ergo quantum laudis, & amoris debeamus optimo deo nostro, in quoq; malo huīus uitæ, quod uix stilla una sit eorum, quæ meriti sumus, quæ ipse lob mari comparat & arenae maris,

**C**aput quintum, de spectro quinto, quod est malum  
sinistrum, seu ad sinistram.

**H**ic an ocl̄os ponēdus cumulus ille aduersariorū & malorum hominum, & in ihs primo uidendū, q̄t mala nō intulerunt corpori, rebus, famæ, aniabus n̄is, quæ uoluissent inferre, nisi deo disponēte nō potuissent, & quāta q̄s in celiore loco sedet & lati⁹ regnat, tāto plurib⁹ eiusmōi aduersariorū iſidij, machinis, oblocutionib⁹ & tētātōib⁹ ē expōitus,

in quibus omnibus præsentissimam dei manum licet intel  
ligere & experiri. Quid ergo mirum, si uno aliquando ta  
gamur? **D**einde & eorum propria mala sunt uidenda,  
non ut in eis exultemus, sed ut compatiamur. Sunt autem  
& ipsi eisdem malis omnibus communiter expositi, quibus  
nos, ut in prædictis spectris facile est intueri. Ve  
rum in hoc  
nobis sunt miseriores, quod extra societatem nostram sunt,  
tam corporalem quam spiritualem. Nihil est enim hoc ma  
lum quod patimur, ad illud, quod illi sunt in peccatis, in in  
fidelitate, sub ira dei, sub imperio diaboli, mancipia miseri  
ria impietatis & peccati, ita ut si totus mundus eis maledi  
ceret, peiora imprecari non posset. Quæ omnia si digne ui  
deamus, simul uidebimus, quanto benigniore dei dignatio  
ne in fide, in regno Christi, in seruitute dei, toleramus paruu  
lum corpusculi aliquod incommodum, quod in tanta rere  
optimaræ opulentia, ne sentirí quidem oporteat, quin & il  
lorum miseria sic debet Christiano & pio cordi esse molesta,  
ut suas molestias, delicias arbitretur. **S**ic enim iubet Pau  
lus Phil. ij. Singuli quæ sunt aliorum considerantes non quæ  
sua. Hoc enim sentite in uobis quod & in Christo Iesu,  
qui cum in forma dei esset, formam serui accepit &c. Hoc  
est, affectu piissimo nostram formam induit, non secus se  
gerens in malis nostris, q̄ si sua essent propria, ita sui suorū  
& bonorū oblitus & exinanitus, ut oīno inueniret in simili  
tudinem hominum factus, nihil humani alienum a se du  
cens, tantummodo nostris malis occupatus.

**H**oc affectu animati & eo spectro commoti, solent san  
cti pro malis etiam inimicis suis orare, & omnia facere ex  
emplo Christi, & oblitū suarū iniuriarū uel iustitiarū, anxi  
esse quomodo illos liberent a malis suis, quibus incompa  
rabiliter magis cruciant, q̄ suis corporalibus malis, sicut de  
Loth scribit S. Petrus. ij. Pe. ij. habitans inter eos, qui de die  
in diem animam iustum iniquis operibus cruciabant. Vi  
des ergo quanta hic appareat abyssus malorum & occasio mi  
serendi & compatiendi, simul paruuli nostri mali obliui  
scendi, si charitas dei in nobis fuerit, q̄ nihil nos deus pati

permittat ad ea, quæ filii patiuntur. **Q** uero hæc nos leu-  
ter mouent, in causa est, quod oculus cordis non satis pu-  
rus est, quo uideremus, quanta sit ignominia & miseria ho-  
minis sub peccato iacentis, id est, a deo separati, & a diabo  
lo posselli. **Q**uis enim tam ferreus est, qui non conta-  
bescat ad miserandā speciem eorum, qui in foribus ecclesiis  
& plateis iacent, corrosis vultibus, excisis naribus & oculis,  
alij scilicet membris sanie & putredine foede consumptis, ita ut  
animus exhorreat cogitare, nedum sensus ferat intueri. At  
quid his lachrymandis nostræ carnis, & fratremæ similitu-  
dinis monstris, deus intendit, nisi ut oculos mentis nostræ  
aperiat, quo uideamus, quāto horribiliore specie anima pec-  
catoris, saniem & putredinem suam ostentet, etiam si ipse in  
purpura, & auro, & rosis, & lilijs agat, tanquam paradisi fi-  
lius? At quanti sunt peccatores in mundo ad unum illo regis  
saniosorum comparati! **H**æc sane mala infinita, tum ma-  
gnitudine, tum multitudine, contempta in proximis, faci-  
unt, ut nostrum uel unum minutissimi, nobis solum & ma-  
ximiū uideat. **S**ed age, & in corporibus malis, necesse  
est, priore sint conditione quā nos. Quid quæso potest eis  
dulce & pure iucundum esse, etiam si omnia quæ uelintha-  
beant, obtineantq[ue], quando conscientia eorum quieta esse nō  
potest? An est malum atrocius, quā mordax conscientiae  
tumultus? dicit enim Esaias. Ivi. Impiū sicut mare feruens  
quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in co-  
culcationem & luctum. Nō est pax impiis, dicit dominus  
deus. Itac illud Deutro. xxviii. in illis uideas. Dabit tibi  
dominus cor pauidum, & deficiente oculos, & animam co-  
sumptam moerore, & erit uita tua, quasi pendens ante te, Ti-  
mebis die ac nocte, & non credes uite tua. Mane dices, q[uo]d  
det mihi uespera: Et uespere, quis det mihi mane? propter  
cordis tui formidinem, qua terreberis, & propter ea, quæ tu  
is uidebis oculis. Breuiter, qui mala malorum omnia digno af-  
fectu uideret, siue inimicorum siue amicorum, non solum suorum  
oblivisceretur, & nihil se pati uideretur, uero cum Mose &  
Paulo apostolo astuaret, ut pro eis mori licet, & anathema

ma a Christo fieri, ac de libro uitae deleri, ut Romani. nono scribitur, quo illi liberarentur. Hoc enim zelo & incendio Christus ardēs, pro nobis & mortuus est, & ad inferos descendit, nobis exemplum relinquentes, ut & nos pro aliorū malis, ita simus solliciti, nostrorum penitus obliti, immo nostrorum cupidi.

**C**aput sextum, de spectro sexto, quod est maium dextrum, seu ad dextram.

**A**dextris sunt amici nři, in quorū malis nřm malum mitigari, etiā. S. Petri docet. i. Pe. v. Relistite diabolo fortis in fide, scientes eadē passioe sei, quæ in mundo est, fraternitati uestræ fieri, ita & ecclesia orat in p̄cibus, ut exemplis sanctorū prouocati, uirtutem passionis eorū imitemur. Cantatq; omnes sancti quanta passi sunt tormenta, ut securi peruenirent ad palmam martyrij.

**E**x quibus uerbis & canticis ecclesiæ intelligimus sanctorum festa, memorias, templa, altaria, nomina, imagines, ideo celebrari & multiplicari, ut eorum exemplo animemur, ad perforanda eadem mala, quæ ipi tulerunt, qua ratione nisi colantur, omnis alius cultus eorum superstitione non uacet, oportet. Ut sunt multi, qui celebrant hæc omnia, ne malum quod sancti exemplo & memoria sui ferendum docent, ferant, siantque dissimiles eis, quorum festa habent ut similes fierent.

**V**erum longe omnium pulcherrime hunc locum consolationis tractat Apostolus Hebræ. xij. dicens. Nondum usq; ad sanguinem restititis aduersus peccatum repugnantes, & obliti estis consolationis, quæ uobis tanquam filiis loquitur dicens. Fili mi, noli negligere disciplinam dñi, neq; fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dñs, castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseverate, tanquam filiis uobis se offert deus. **Q**uis enim filius quem non corripit pater? Q; si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes ergo adulteri & non filii estis: deinde patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus, & reuerehamus eos, non multo magis pa-

tri spiritum obtemperabimus & uiuemus? Omnis autem disciplina in praesenti quidem non uidet esse gaudij, sed mortoris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiae. **Hæc** Paulus. **Quis** non terreatur his Paulinis uerbis, ubi plane definit, non esse filios dei, q̄ extra disciplinam dei sunt? **Quis** uero possit robustius confirmari, & efficacius consolari, quam qui audiat eos diligi a domino qui castigantur, esse filios, esse omnium sanctorum communione preditos, non eos esse solos qui patiuntur? Etiam amabilem disciplinam, hæc exhortatio uehemens reddet. Nec patet hic excusandi locus, qđ alij mitiora ferat, alij duriora, unicuique enim da tentatio ad mensuram, non supra uires, ut ps. lxxix. Cibabis nos pane lachrymarū, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura, quod & Paulus dicit. Fidelis deus, qui non permittit uos tentari ultra quam potestis, sed faciet cum temptatione prouentum, ut possitis sustinere, ubi ergo maius malum, ibi plus puentus & auxilij diuinī, ita ut inæqualitas passionum magis in spe cie appareat, quā reuera sit. **Nam** & B. Ioannes Baptista, quem hodie decollatum ab Herode recordamur, nōne stupore nos omnes confundit: quod tantus uīr, quo maior in mulieres natos non surrexit, amicus unicus sponsi, p̄cursor Christi, maior prophetis omnibus, non saltem publico iudicio occiditur, non saltem uel ficta causa (sicut Christus) accusatur, nec propter populum, sed in carcere propter saltatricem adulterę filiā. Vnius huius sancti ignominiosa mors & tradita uita tam uiliter, tam indignis modis in manus infensissimæ adulteræ, uniuersum nostrū malum leniat, ubi hic deus qui talia uidere potuit: ubi Christus qui hæc audiens, prorsustacuit: perit ille, ac si ignotus esset deo, hominibus, & omnibus creaturis. Quid nos patimur, in quo non dico gloriari, sed etiam oon confundi oporteat, si huius morti comparatum fuerit? Aut ubi nos herebimus si nihil pati uoluerimus, quando tanti uiri, etiam mortem tam despectā ferunt immeriti, & corpus eorum ludibriō hostium tradis- tur post mortem. **Ecce**, inquit, in Hieremīa, quibus nō erat

**J**udicium, ut biberent calicem, bibentes bibent, & tu innocens relinqueris? nō relinqueris innocens, sed bibens bibes.

**R**ecte ergo eremita ille, qui cum singulis annis ægrotasset, uno aliquando anno integrum sanus, uehementer tristabatur & plorabat, causans quod deus esset eius oblitus, & gratiam suam ei negasset. Adeo scilicet necessaria & salutaris est disciplina domini omnibus Christianis.

**V**idemus autem quā nihil est quod nos patimur, si sanctorum ungulas, carceres, ferrum, ignem, bestias, & infinita tormenta consideremus, imino si & præsentium nobiscum in hac uita grauissimas diaboli persecutiones patientium, ponderemus tentationes. Nec enim desunt qui acrius & grauius patientiū q̄ nos, tam in spiritu q̄ in corpore.

**D**icitū hic aliqui. Hoc queror, quod mea passio sanctore passionibus non comparari possit, quia peccator sum, nec dignus illis comparari, illi pro innocentia sua, ego pro peccatis meis patior, ideo nihil mirum, illos lucunde omnia pertulisse.

**H**oc uerbum magnæ stultitiae est. Si enim pro peccatis pateris, gaudendum est tibi, quod purgantur peccata tua, an non & sancti fuerunt peccatores? ded Herodis & latronis sinistri, similem te esse formidas? Non es, si patiens fueris, latronem enim sinistrum & dextrum quis discrevit, nisi patientia & impatientia. Si es peccator, bene, & latro erat peccator, sed patientia, iustitia, & sanctitatis gloria meruit, ita & tu fac similiter. Non enim pati potes, nisi aut pro peccatis, aut pro iustitia, utracy passio sanctificat & beatum facit, si dilexeris eam. Quare nulla est reliqua excusatio, deniq̄ q̄ cito confessus fueris te iuste pati pro peccatis, iustus es & sanctus, sicut latro dexter. Confessio enim peccati, quia ueritas est, iustificat & sanctificat, ac sic mox in momento huius confessionis, iam non pro peccatis, sed pro innocentia pateris. Iustus enim non patitur, nisi innocenter. Ac iustus factus es confessione meritæ passionis & peccatorum tuorum. Quare & uere & digne tua passio comparatur passionibus sanctorum, sicut uere digne tua confessio peccatorum, comparatur confessioni sanctorum, una enim omnium

ueritas, omnium confessio peccatorum, oīm passio malorum, &  
vera communio sanctorum, in omnibus & per omnia.

**C**aput septimum de septimo spectro, quod est malum  
supernum, seu supra nos.

**V**ultimo levandum est cor sursum, & ascendum in  
montem myrrae cum sponsa. Hic est Iesus Christus  
crucifixus caput omnium sanctorum, princeps omnium pati-  
entium, de quo multi multa, & omnes omnia, sicut decet,  
scriperunt. Huius memoriae sponsae commendatur ubi di-  
citur. Pone me ut signum super cor tuum, & sicut signacu-  
lum super brachium tuum, hucus agni sanguis in limine si-  
gnatus, arcet percussorem angelum. Ab hoc commendat  
sponsa, quod coma eius sit, sicut purpura regis (id est, medi-  
tatio eius rubet passionis Christi memoria) Hoc est lignum,  
quod Moses iussus est mittere in aquas Marath. i. amaras  
passiones, & dulces factae sunt. Nihil est quod haec passio-  
non dulcoret, etiam mortem, sicut dicit sponsa, labia eius li-  
lia stillantia myrram primam, quae proportio lilioꝝ & la-  
biorum, cum haec rubeant & illa albcent utique mystica lo-  
etur, & uerba Christi candidissima sint & purissima, in qui-  
bus nihil cruentae amaritudinis aut leuoris, sed suauitatis & mi-  
tia, quibus tamen stillet ac persuadeat primam & electam  
myrram, id est, amarissimam mortem. Potentia sunthæc  
purissima labia ac dulcissima, amarissimam mortem (quæ  
sicut prima myrra omnem peccati putorem semel tollit)  
dulcem, nitidam, candidam, acceptabilemque reddere. Quo  
modo fieri nempe, dum audis Iesum Christum filium de  
suo sanctissimo contactu, omnes passiones, ipsam adeomor-  
tem consecrasse ac sanctificasse, maledictionem benedixisse,  
ignominiam glorificasse, paupertatem ditasse, ita ut mors  
vitæ ianua, maledictionis origo, ignominia glo-  
riæ parentis esse cogantur. Iam quomodo potes esse tamdu-  
rus & ingratus, qui non etiam optes & diligas uniuersas  
passiones Christi, purissima & sanctissima carne & sanguini  
tinctas, sanctificatas, innoxias, salutares, benedictas, bea-  
tas tibi redditas,

**C**Si enim tactu suæ mundissimæ carnis, omnes aquas fan-  
tiscauit ad baptismum, immo omnem creaturam, quanto  
magis tactu eiusdem suæ mundissimæ carnis & sanguinis  
omnem mortem, omnes passiones, omnes iniurias, omnia  
maledicta, omnem ignominiam sanctificauit ad baptismum  
spiritus seu sanguinis: sicut dicit de eodem passionis baptis-  
mo Lucæ duodecimo. Baptismo habeo baptisari, & quo-  
modo coartor donec perficiatur. Vides quantum coartatur,  
quam anhelat, quam sitit passiones & mortem sanctifica-  
re, & amabiles reddere, uidit enim passionibus nos ternerí,  
uidit mortem expauesci & horreri. Ideo sicut piissimus pa-  
stor & fidelissimus medicus, huic malo nostro modum po-  
siturus, & festinat & artatur mori, & tactu suo easdem no-  
bis commendare, ita ut mors Christiani perinde sit haben-  
da, sicut æneus Mosi serpens, qui specie qdем serpentis p  
omnia seruat, sed totus est sine uita, sine motu, sine uene-  
no, sine mortu, ita iusti uisi sunt oculis insipientium morti,  
illi autem sunt in pace. Similes sumus morientibus nec alia  
est species nostræ mortis quam aliorum, res tamen alia est,  
nobis enim mortua est mors. Ita & omnes aliae passiones,  
similes sunt passionibus aliorum, sed specie tantum, uerum  
re ipsa passiones nostræ sunt impassibilitatis initia, sicut  
mors initium uitæ. At tq; hoc est, quod Ioannis octavo di-  
cit. Qui sermonem meum seruabit, non uidebit mortem  
in æternum. Quomodo non uidebit, quia moriens uitam  
incipit, ita præ uita quam uidet, mortem uidere nō potest.  
Hic enim nox sicut dies illuminat, dum clarior est lux uitæ  
incipientis, quam mortis desinentis. Hæc omnibus qui cre-  
dunt in Christum rata sunt, secus incredulis.

**C**Proinde si tunicam Christi, uasa, hydrias, & quæcumq; tā  
dem Christus tetigit, & quibus usus est pro dulcissimis re-  
liquijs, tanquam suo tactu consecratis, exoscularis, diligis,  
amplecteris. Cur non multo magis poenas, mala mundi,  
ignominiam & mortem, non solum eius tactu consecrata,  
sed etiam sanguine eius purissimo tincta & benedicta, de-  
inde uoluntate cordis & summa coartante, charitate ample-

xata, diligis, amplecteris, oscularis? præsertim cum in his  
multo sint tibi maiora merita, præmia, bona, quam in illis  
reliquijs. Siquidem in his uictoria mortis & inferni, & omni-  
um peccatorum tibi paratur, in illis nequaquam. **O** si cor  
ficeat Christi intueri, quando in cruce pendens artabatur,  
ut mortem redderet mortuam & contemptibilem, quam  
pro timidis & mortem poenasq; horrescentibus, ardenter  
& suauiter mortem & poenas amplexatus fuit, quam liben-  
ter hunc calicem ægrotis præbibit, ut bibere & iþi non ue-  
remur, dum nihil illi mali, sed tantum resurgendo bonico  
tigisse cernimus, sine dubio fieret illa prima myrra. stillan-  
tibus eius labijs, & uerbis Christi eam commendantibus,  
tucundissima & dulcissima, sicut odor & species liliorum.  
**C** Sic & Petrus. i. Pe. iiiij. Christo in carne passo, & uos  
eadem cogitatiœ armamini. Paulus ad Hebraeos duodeci-  
mo. Recogitate eum, qui tales sustinuit a peccatoribus  
contra seipsum contradictionem, ut non fatigemini animis  
uestris deficientes.

**C** Itaq; si in prioribus spectris, adhuc infra & iuxta nos po-  
sitis, malum didicimus tolerare patienter. Certe in hoc ulti-  
mo, iam supra & extra nos positi, in Christum rapti, omni-  
bus malis superiores facti, non modo toleranda nobis  
sunt, sed amanda, optanda, querenda. Atque ab hoc affe-  
ctu, quo quisq; remotior est, eo minus in ipso Christi passio  
ualet, sicuti fit in ijs, qui signis & armis Christi utuntur ad-  
uersus mala & mortem, ne patientur, neue moriantur, omni-  
no contrarijs studijs cruci & morti Christi. Quare in hoc se-  
ptimo spectro, necesse est, absorberi & consumi quicquid  
malorum passi fuerimus, ut iam non modo non doleat, sed  
& delectet, si tamē imago ista penetreret corda nostra, & in-  
sideret animi interiori affectui.

**H**æc de priore Tabula.

**S**equitur Posterior.

# CALTERI TABV

LAE SVA QVOQVE SPECTRA

septem danda sunt, contraria prioribus, quorum primum de bono interno. Secundum de futuro. Tertium de praeterito. Quartum de inferno. Quintum de sinistro. Sextum de dextro. Septimum de superno.

**C**aput primum, de spectro primo, quod est bonum internum.



**T** QVIS VEL SOLA hæc bona numeret, quæ quisque in sua persona possidet. Primo, corporis dotes quantæ sunt: forma, robur, ualeſtudo, uiuacitas, ſensus, quibus in masculo accedit nobilissimus ſexus, quo multis rebus, tum priuatis, tum publicis gerendis & egregijs facinoribus, idoneus eſt, a quibus mulier aliena eſt. Quid uero magni eſt, ſi his donis optimis, decem, uiginti, triginta annis cum uoluptate, dono dei, ſis uetus, & in uno horæ aliquando uel decē diebus labores. Nebulones prouerbio dicunt. Es iſt vmbeyn boſe ſtund zuthoen. Et iter. Eyn gutt ſtūd iſt eyner bosen vuerdt. Quid nobis faciendū, qui multas horas bonas accepimus, & ne una quidem ferre uolumus malum? Videmus ergo quantis obruiumur bonis dei, & quam paucis uix tangamur malis, ſaltem nostri plurimi.

**H**is bonis non contentus optimus deus, adiicit diuitias, copias omnium rerum, ſi non omnibus, certe multis, & his potiſſimū, qui infirmi ſunt ad ferenda mala. Nam (ut prius dixi) quibus minus dat rerum aut corporis, plus dat animi, ut ſint omnia æqualia, & ipse iustus iudex omnium. Nec enim adeo consolantur multæ diuitiae q̄ iucundus animus. Post hæc quibusdam, prolem, ſummam (ut dico)

tur uoluptatē, potestatem, prīcipatum, honorem, famam,  
gloriam, fauorem, & cætera, quibus si detur longo tempo  
re frui, immo etiam paruo, facile suadebunt, quid faciendū  
sit in paruulo malo.

**T**anī uero bona his omnibus præstantiora, ingenium,  
scientia, iudicium, facundia, prudentia, atq; in his sicut in cę  
teris quoq; temperat suæ administrationis æqualitatem, ut  
quibus plus contulit, non ideo alijs eos prætulit, quibus ho  
rum uice, animi maiorem, uel pacem, uel hilaritatem con  
tulit. **I**n his autem omnibus, cum gratitudine attenden  
da est largissima dei manus, atq; nostra infirmitas conso  
landa, ut in multitudine & magnitudine bonorę, non mi  
remur, si misceatur aliquid acerbatis, quandoquidem &  
uoluptuarijs hominibus, neq; assatura sine falsoamento, neq;  
ullus ferme cibus gratus est, qui non acerbiore quopiam sit  
uel natus uel conditus, adeo perpetua, & sola dulcedo, into  
leranda res est, ut & ille recte dixerit, **O**mnis uoluptras affi  
duitate sui fastidium parit. **E**t aliis. **L**abor est demum ipa  
uoluptras, scilicet, quod hæc uita impotentior sit, q; ut sine  
malorę temperatura, solis bonis frui possit præ nimia abū  
dantia bonorę. **V**nde & prouerbium illud natum. **O**pore  
tere ossa esse robusta, quæ ferant dies bonos. **Q**uod ego p  
uerbium sepius considerans, admiratus sum q; mirā & uerā  
sententiam habeat, ut uota hominum contra uota pugnēt,  
qui non nisi bonos dies querant, quos tamen adeptos, mi  
nus ferre queant quam malos.

**T**quid enim in his deus nobis commendat, nisi quod in  
ipsis etiam inimicis crucis, mirabilis sit crux, ut non lecus il  
lius reliquijs oporteat omnia temperare & sanctificare, ne  
pereant, quam carnes sale condire, ne uerminentur, ut quid  
ergo hanc temperaturam a deo missam non libentissime ac  
ceptamus, quam nisi ille mitteret, impotens nostra uolupta  
cum & bonorę uita, sponte accaseretur? Ita sit, ut uideamus  
**F**uere deo dixerit Sapiens. Qui attingit a fine usq; ad  
finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Si enim hæc bo  
na inspiciamus, apparebit uerum esse illud quoque Mosi

**D**eutro. xxxij. Portauit eū in humeris suis, circunduxit eū, & custodīuit quasi pupillam oculi. Quibus possumus obstruere oēorē, qui huic uitae plura mala, q̄ bona inesse ingrati garriūt, cum bona & suavitatis infinita cōmoda non desint, sed desint qui intelligent cū illo q̄ dixit. Misericordia dñi plena est terra. **E**t iter. **E**t laudis eius plena ē terra. **E**t ps. ciij. Impleta ē terra possessioē tua, delectasti me dñe in factura tua. Hinc quotidie canimus in missa. Pleni sunt cœli & terra gloria tua. Cur hoc? quia multa bona unde laudeſ, uerū ab ihs duntaxat q̄ uident hanc plenitudinem, sicut em̄ de malis spectro primo diximus, tantū est malorum cuiq̄, quanta eorum opinio & cognitio. Ita & bona, licet undiq̄ nos petant & obruant, tamen tanta sunt, quanta aestimantur. Nam cūcta quæ fecit deus, sunt ualde bona, non tamē talia ab omnibus agnoscunt. **Q**uale illi erant ps. lxxvij. Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.

**H**uius spectri exemplum pulcherrimū & eruditissimum nobis pr̄bet lob, qui ablatis bonis omnibus, dixit. Si bona suscepimus de manu domini, mala quare non sustineamus. uere uerbum aureū & potens in tentatione consolatio. Si qđem & ip̄e, non solū patiebatur, sed ab uxore sua tentabatur ad impatientiam, dicente illi. A dhuc permanes in innocentia tua. Benedic domino & morere. Quasi diceret, mani festum est, quod non sit deus, qui sic te derelinquit. Cur ergo in illum confidis, ac non potius, negato, & sic maledicto eo, mortalem te agnoscis, cui post hanc uitam nihil reliquū sit? Hæc & similia & unicuiq̄ sua suggerit uxor (i.e. sensuā litas) in tentatiōe, quia sensus non sapit, quæ dei sunt.

**V**erū hæc omnia sunt corporalia bona, communia omnibus, Christianus uero alijs longe melioribus pollet internis bonis, id est, fide Christi, de qua dictum est ps. xlviij. Omnis gloria eius filiae regis ab intus in fimbrijs aureis circundata uarietate. Sicut enim de primi spectri malo diximus. Nullum esse tantum in homine malum posse, quod pessimum sit eorū, quæ in ipso sunt, ita optimū bonorū qđ in Christiano ē, ip̄e non p̄t uidere. Si em̄ sentiret, mox in cœlo eēt,

cum regnum coelorū (ut Christus ait) intra nos sit. Habere  
enim fidem, est ueritatem & uerbum dei habere habere. Ha  
bere uerbum dei, est deum omniū factorem habere. Quæ  
bona, quanta sunt, si anime reuelarentur, in momento e cor  
pore solueret, p̄ nimia abundantia suauitatis. **Vñ** recte cæ  
tera bona quæ diximus, sunt uelut monitoria eorū bonorū,  
quæ intus habemus, quæ nobis per illa uult commenda  
ta, quod hæc uita non sustineat ea reuelari, sed misericordi  
ter a deo absconduntur, donec creuerit in perfectum suum  
modum. Non secus ac pīj parentes, filijs suis quandoq; lu  
dicra & minuta donaria donant, quibus animos filiorum al  
lificant ad spem maiorum.

**C**ōstendunt tamen se nonnunq; & prodeunt foris, dum  
exhilarata conscientia gaudet in fiducia dei, libenter de eo  
loquitur, cum suauitate uerbum eius audit, prompta & fu  
cunda fit ad seruendum ei, ad bona opera, ad ferenda mala  
& cetera. Quæ omnia sunt indicia, latentis ibi infiniti & in  
comparabilis boni, quod has guttulas & stillas paruas, foras  
mittit tenui scaturigine, quamuis nonnunquam fiat, ut co  
templatricibus animabus latius reueletur, ita ut absorptæ  
nesciant ubi fuerint. Qualia sanctus Augustinus & mater  
sua, de se confitentur, & multi alij.

**C**aput secundum, de spectro secundo, quod est bo  
num futurum, seu ante se.

**H**is qui Christiani non sunt, de futuris bonis par; po  
test solatiū dari in suis malis, quod incerta sunt omnia,  
quaq; in hoc sit, magni tumultus auctor, ille affectus (qui  
spes vocatur) celebris, quo inuicem humana consolatione  
iubemur sperare meliora, quo grandia molimur in incertū  
frequentissime, immo semper falsi, sicut Christus de eo in  
euangelio Lucae. xij docet, qui animæ suæ dixit. Destruā  
horrea mea, & faciam ampliora, & dicam animæ meæ, requi  
esce, ede, bibe, epulare anima mea, habes multa bona in plu  
rimos annos, dixit autem illi deus. Stulte hac nocte repete  
animam meam a te, & quæ parasti cuius erunt? Sic est, qui  
thesaurizat, & non est in deum diues.

**Q**uanquam nec sic deus reliquerit filios hominum, quin hoc affectu mali amouendi & boni accessuri eos soletur, licet incerti sint de futuris, certi tamen sperant, quo interim sustinentur, ne desperationis malo adiecto, præsens malum non ferant & peiora faciant. **Q**uale & ipse affectus spei eiusmodi, donum dei est, non quod eo uelit eos niti, sed moneri ad spem solidam, quæ est in ipsum solum. Ideo enim longanimitas est, ut adducat eos ad poenitentiam, ut Romani. ij. dicit, nec sinit statim & omnes falli hac fallaci spe, si quo modo redeant ad cor, & uere sperent.

**C**hristianis uero præter hæc bona, dupla sunt maxima bona certo futura, sed per mortem & passiones. Siquidem & ipsi gaudent communī illa spe incerta finiendi mali praesentis, & augendi boni contrarij, quanquam id non adeo current, quam quod bonum suum propriū augetur, quod est ueritas in Christo, in quo promouent de die in diē, propter quod & uiuant & sperant. **T**ed ultra hæc dixi, duo maxima futura habent in morte. Primum, quod morte finitur uniuersa huius uitæ malorum tragœdia, sicut scriptū est. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Et iterum. In pace in idipm dormiam & requiescam. Et iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit, ubi contra impijs. Mors initium est malorum, sicut dicit. Mors peccatorum pessima. Et uirum iniustum mala capient in interitu, sic Lazarus consolabitur, qui recepit hic sua mala, ubi epulo cruciabitur, quia recepit hic sua bona. Sic fit, ut Christianus siue moriatur siue uiuat, semper melius habeat, adeo beatores est esse Christianum & in Christum credere. Unde Paulus dicit. Mihi uiuere Christus est, & mori lucrum. Et ad Romanos decimoquinto. Qui uiuit, domino uiuit, qui moritur, domino moritur, siue ergo uiuimus siue morimur, domini sumus. Hanc securitatem Christus nobis obtinuit, quod mortuus est & resurrexit, ut dominus esset uiuorum & mortuorum, potens nos facere se curos, tam in uita quam in morte, sicut ps. xxij. dicit. Si ambulem in medio umbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es. Quod si hoc

lucrum mortis par<sup>r</sup> mouet, signum est fidem Christi infir-  
mam in nobis esse, quae preciū & lucrū bonę mortis nō sa-  
tis estimat, aut bonam esse mortē, nondū credit, impediēte  
scilicet nimiū adhuc uiuace ueterē hoīe & sapia carnis. Co-  
nandū itaq<sup>e</sup> est, ut ad mortis hoc beneficiū cognoscendū &  
amandum pmoueamur. Magna res est, mortem quae alijs  
maximū malor<sup>r</sup> est, maximū lucrum nobis fieri. Et nisi hoc  
Christus nobis præstitisset, quid dignum tanto īpendio  
suijpsius fecisset? diuinum opus est plane quod fecit, ideo  
non illi mirum, quod mortis malum fecerit optimū.

**P**roinde, mors iam mortua est fidelibus, nihilq<sup>e</sup> habet ter-  
ribile, præ specie & laruum, non secus ac serpens occisus,  
habet qdem spēm priorem terribilē, reuera tñ sola species  
ibi est, & mortuū malū ac iam innoxiuū. Immo sicut Num.  
xxi. Serpentē æneū iussit erigi, cuius aspectu uiui serpētes  
peribant. Ita & mors nostra fidelissimo intuitu mortis Chri-  
sti, perit, ac iam non apparet, nisi figura quædam mortis.  
A deo nobis infirmis præludit misericordia dei his pulchris  
figuris, ut mortem quam non oportet auferri, tamen usq<sup>e</sup>  
ad spēm solam uirtutem eius euacuet, ob quam rem & so-  
mnus potius uocatur in scripturis quam mors.

**A**lter<sup>r</sup> bonum mortis, qd non solū finit mala pœnar<sup>r</sup> hu-  
ius uitæ, sed qd præstantius, finem ponit uitij & peccatis,  
qd animabus fidelibus lōge plus mortē reddit optabile, ut  
diximus supra, quam iam dictū bonū. Siquidē mala aniæ,  
quæ sunt peccata, incompabiliter peiora, malis corpis sunt,  
Quæ sola, si saperemus, nobis mortem amabilissimā face-  
rent. Si autem non faciunt, signū est qd mala aniæ nostræ  
nō satis sentimus nec odimus. **C**ū ergo hæc uira sit pículo-  
sissima, undiq<sup>e</sup> lubrico peccato nobis insidiante, deinde nec  
sine peccato uiuere possumus. Optima mors ab his pículis  
nos soluit, & peccati penitus abscondit a nobis. Vñ in lau-  
dem iusti. Sap. iiiij. perorat. Placens deo, factus dilectus &  
uiuens int̄ peccatores translatus est. Raptus est ne malitia  
mutaret intellectū eius, ant ne fictio deciperet aīam illius.  
Fascinatio em̄ nugationis, obscurat bona, & inconstantia

concupiscentiae transuerit sensum sine malitia (o q̄ hæc ue-  
ra sunt & assidua) consummatus in breui expleuit tempo-  
ra multa, placita enim erat deo anima illius, propter hoc p-  
perauit educere illum de medio iniquitatis.

**I**ta (misericordia dei) mors, quæ homi peccati poena fuit,  
Chriano, peccati finis & uitæ ac iustitiae initii facta ē, q̄cir  
ea q̄ uitam & iustitiā amat, ministrā & officinā eaꝝ morte  
non exhorreat, sed amet, necesse est. A lioquín nec ad uitā,  
nec ad iustitiā unq̄ gueniet. Qui uero non pōt, orer deum  
ut possit. Nā ideo docemur dicere, siat uolūtastua, quia nos  
eam ex nobis facere nequimus, q̄ potius mortem timentes,  
mortē & peccatū amamus, q̄ uitā & iustitiā diligimus. Nā  
qd̄ mortem deus in peccati occasum ordinariet, hinc quoq;  
colligi licet, qd̄ Adæ statim post peccatū imposuit mortē,  
uelut emendā peccati, atq̄ id anteq; ejaceret de paradiſo, ut  
nobis oñderet mortē nihil mali, sed om̄e bonū nobis opera  
ri, qn̄ in paradiſo tanq̄ pœnitētia & satissactio imposta ē.  
**V**erum est em̄, quod mors inuidia diaboli, intravit in orbē  
terraꝝ, sed hoc eximiae & diuinæ bonitatis fuit, mortem sic  
ingressam, non sinere tantum nocere, sed apprehensam, in  
peccati pœnam & mortem, mox ab initio sui ordinare.

**H**oc enim significauit, quod cum mortem Adæ in præ-  
cepto prædixisset, nō tamen postea tacuit, sed denuo mor-  
tem imposuit, ac rigorem præcepti tēperauit, immo ne me-  
minit qdem mortis illa syllaba, sed dixit solum. Puluis es,  
& in puluerem reueteris, et donec reuertaris in terram, de  
qua sumptuses. Quasi iam tūc odio hñs mortē, quā nec no-  
minare dignaret, iuxta illud. Qm̄ ira in indignatione eius,  
& uita in uolūtate eius. Ita uisus loqui, qd̄ nisl mors necessa-  
ria fuisset ad peccati abolitionē, ipam nec scire, nec nomina-  
re, nedū imponere uoluisset, Adeo scilicet, contra peccatū  
qd̄ mortem operatū est, rursus æmulatio diuina, nō aliud q̄  
ipam mortē armat, ut hic uideas illud poetæ. Necis artifice  
arte perire sua, & peccatum a suo fructu, pprio perdi, & mor-  
te quā genuit, occidi, sicut uiperā a sua prole. Hoc est pul-  
cherrimū spectaculum, uidere, quomodo peccatū, nō alie-

no, sed suo proprio opere perditur, suo gladio iugulatur, & uelut Goliath suo gladio caput amputat. Nam & Goliath figura fuit peccati, terribilis gygas omnibus, excepto parvulo David, id est Christo, qui solus eum pstrauit, & abscondito capite, proprio illius gladio, iam meliore non esse gladium dicit quam Goliath. i. Regum. xxi.

**S**i ergo haec gaudia uitritis Christi, & dona eius græ meditetur, qd nos torquebit malū paruulū, qn in tam magno malo futuro, tam magna bona uidemus.

**C**aput tertium, de tertio spectro, quod est bonum præteritum, seu post nos.

**H**uius boni facilis est cōsideratio, ex spectro suo contrario de præterito malo, tamen iuuemus considerātem. In hac re eximius est artifex. Beatus Augustinus in suis confessionibus, ubi pulcherrime recitat dei beneficia inse ab utero matris suæ. Idem facit insignis psalmus centesimus tricesimus octauus. Domine probasti me. Vbi in cætera prouidentian dei super se miratus, dicit. Intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meam, & funiculum meum inuestigasti. q. d. Quicquid ego unq̄ cogitaui, quicquid operatus fui, & quantū eēm consecuturus ac possessus, iam uideo q̄ non mea industria gesta sunt, sed tua cura longe ante haec ordinata, deniq̄ om̄es vias meas preuidisti, et non est sermo in lingua mea. Vbi tunc in potestate tua. Hæc discimus experientia propria, si enim uitam præteritā recolimus. Nonne stupor est, nostalia cogitasse, uoluisse, fecisse, dixisse, qualia nos nec preuidere potuimus? q̄ longe alia gessissimus, si nostro libero arbitrio relicti fuissimus. Id quod nunc primum intelligimus, tam præsentem scilicet curam dei, tam constantem sollicitudinem eius, super nos fuisse cernimus, ut nec loqui, nec uelle, nec cogitare potuerimus, nisi quod ille dedisset. Sicut Sapientia septimo dicit. In manu eī illus, & nos, & sermōes nostri. Et Paulus. Qui operatur omnia in nobis. Quin ergo pudescimus insensati & duricordes, qui propria experientia docti, uidemus, q̄ sollicitus pro nobis fuerit in hanc horam dominus, & omnia

**b**ona nobis dederit? Necdū possumus eandē nostri curam  
ei in paruulo p̄tī malo tradere, ac ita facimus, quasi ille nos  
reliquerit, aut relinquere ullo mō possit? Nō sic ps. xxxix.  
Ego uero egenus & pauper, dñs sollicitus est mei, ubi B.  
Augu. habeat curā tui, qui fecit te, q̄ habuit curā tui anteq̄  
elles. Quō non habebit curā, cum iam hoc es, qđ uoluit ut  
elles? At nos imperiū cum deo diuīsum accipimus, illi tri-  
buimus qđ fecerit nos, atq̄ idipm tñ uix aut tepide, nobis  
arrogamus curam nostri, quasi ille fecerit nos, & mox abie-  
tit, relictis nobis in nostra manu regendis.

**Q**2 si nobis nostra obstāt sapia & consilia, ut hanc curā  
dei super nos nō uideamus, dū forte multa euenerint scdm  
nostra pposita, redeamus cū ps. cxvij. ad nr̄m intuitū. Nō  
est occultatū os meū a te, qđ fecisti in occulto (.i. ossa mea  
in uentre matris, tu uidebas & formabas, qñ ego nondū erā,  
qñ mater mea nondū sciebat, quid fieret in ea) & substātia  
mea in inferioribus terræ (.i. figura seu forma corporis mei,  
in uisceribus insimilis matris meæ, etiā nō fuit tibi abscondita,  
quia formabas tueā). Quid em̄ his uerbis uult, nisi ingenti  
hoc exēplo nobis ostendere, quā deus nr̄i siue nob̄' sp̄ curā ha-  
buerit? Quis enim p̄t gloriari se cooperatū ut formaret in  
utero? Quis dedit matri curā, ut lactaret, soueret, amaret, &  
om̄ia illa materna officia exhiberet. cū nos necdum sentire  
mus uitam nr̄am? deniq̄ quoq; nisi in alijs siliū facta uidē-  
tes, crederemus & nobiscū facta esse, nihil sciremus nec me  
mores essemus, cū hæc non alit nobis imp̄esa sunt, q̄ si dor-  
mientibus, immo mortuis, ac potius nondū natis impende-  
rent, quantū ad nr̄am pertinet notitia. Ita uidemus, q̄ sine  
nobis, nos excipiāt diuinæ miseratiōes & consolationes.  
**A**d huc dubitamus aut etiā desperamus, nr̄i curam illi usq;  
hodie esse. Si quem hæc experientia nō erudit nec mouet,  
nescio quid erudire & mouere possit. Hanc enim uidemus  
passim in oībus infantulis pr̄sentissime nobis expositā,  
ita ut nr̄æ insipientiæ & duritiæ tot exēpla pposita, merito  
nobis debeat esse magno pudori, si dubitemus, uel leuissi-  
mū bonū uel malū, sine singulari cura dei nobis cōtingere.

**S**ic B. Petrus i. Pe. v. O mnē sollicitudinē p̄içientes in eſi, qm̄ ip̄i est cura de uobis. Et ps. xxxvi. lacta super dñm cu ram tuam, & ip̄e te enutriet. Et B. August ad animam su am in Confessionibus. Quid super te stas & non stas? pro iace te in eum, non enim subtrahet manum ut ruas. Et iterz. i. Pe. iiiij. Itaq̄ & hi, qui patiunt̄ scđ m uoluntatem dei, fidei creatori commendent animas suas in benefactis.

**C**o si quis hac rōne deū suū cognosceret, q̄ securus, q̄ qe tutus, q̄ iuctūdus ageret. Hic uere deū haberet, sciēs certo, oia sua quecūq; illa effent, illius suauissima uolūtate disponēte, sibi obtigisse & obtingere. Stat firma snā Petri, ip̄i est cura de uobis. Quid hoc uerbo dulcius audire possumus? ideo p̄içite oēm, inqt̄, sollicitudinē in eū. Q, si hoc nō facimus & nos ip̄i pro nobis solliciti sumus. Quid aliud facimus, q̄d & dei curam impēdire conamur, & simul nobis ætatem nr̄am, tristē, laboriosam, anxiā, multis timoribus, curis, tūr multib⁹ facimus atq; id fruſtra, nec eīn quicq; his, p̄moue mus salubriter, sed ut Ecclesiast. dicit. Hæc uanitas est uanitatū & afflictio sp̄ritus. Nā & idē libellus totus in hanc experientiam loquit̄, ut q̄ multa pro se tentauerit, & in oībustamen non nisi laborem, unitatem, & afflictionem inuenierit. Ita ut cōcludat, donū dei esse, si quis edat & bibat & lætetur cum uxore sua (i. sine sollicitudine uixerit, deo cō mendata cura sui). Quare & nos nulla alia super nos sollicitudinē solliciti esse debemus? quam ne super nos solliciti simus, & deo curam nostrī rapiamus. Cætera ex spectro co trario (ut dixi) & ex recordatione totius uitæ præteritæ, q̄libet facile sibi comparabit.

**¶ Caput quartum, de spectro quarto qđ est bo**

**nūm infernum, seu infra nos.**

**H**ec cūst̄ bona uidimus, quē nr̄a sunt & in nobis ip̄is, deinceps ea quæ in alijs, & extra nos posita sunt, ui deamus. Quorū primū est, in his q̄ infra nos sunt. i. mortui & dānati. Sed mirz, qđ boni in mortuis & dānatis possit inueniri. Verū tāta ē ubiq̄ diuinæ bonitatis uirtus, ut in summis malis etiā bona det uidere. Cōferimur illos primū ad

nos, & uidemus inæstimabilia nostra lucra, sicut facile ex  
cōtrario malorū spectro accipi p̄t. Nā quanta illic mortis &  
inferni mala in eis uidemus, tot sine dubio lucra nostra ui-  
demus, tantoq; maiora quanto illorum mala fuerint maio-  
ra. Quæ om̄ia nō sunt leui corde cōtemnenda, quia miseri-  
cordiā dei magnificētissimā, nobis uehemēt cōmendant.  
Et periculum est, si hæc parui duxerimus, ingrati inuenia-  
mur, simul cū illis damnandi, aut peius cruciāndi, ppter ea  
quantū illos dolere & ululare uiderimus, tāto magis de dei  
bonitate in nos gaudere debemus. Iuxta illud Esaiae. lxxv.  
Ecce serui mei comedēt, & uos esurietis. Ecce serui mei bi-  
bent, & uos sitietis. Ecce serui mei lætabunt, & uos cōfun-  
demini. Ecce serui mei laudabūt p̄e exultatiōe cordis, &  
uos clamabitis p̄e dolore cordis, & p̄e cōtritiōe sp̄ūs ulu-  
labitatis, & dimittetis nomē uestrū in iuramentū electis meis  
&c. ¶ Deniq; ut dixi. Exēpla male morientiū & dānatōrē  
(sicut & B. Greg. in dialogo refert) nobis ad monitoriū, &  
bonū eruditōis pficiūt, ut fœlix sit, quē faciunt aliena pe-  
ricula cautū. Hoc sane bonū, quia uulgariter notū est, pa-  
rum mouet, cū sit tñ inter maxima numerandū, & his q; sen-  
sato sunt corde, nō modico existimatiōe pbatum. Cū huc  
uergat magna pars sacrae totius scripturæ, uidelicet, ubi de  
ira, iudicijs, cōminationibus dei, doceſ. Quas saluberrimas  
doctrinas, miserrimorū exempla, nobis saluberrime confir-  
mant, quæ tunc primū efficacia sunt, si illorū quæ ea ferunt  
affectum indui fuerimus, ac uelut in loco & persona eorū  
simus, tunc enim mouebunt & monebunt nos ad laudem  
bonitatis dei, qui nos ab his seruarit.

¶ Conferimus uero illos etiam ad deum ip̄m, quo diuinam  
iustitiam in eis uideamus. Hoc & si arduum est, tamen co-  
nandum est. Nam cum sit deus iustus iudex, iustitiam eius  
diligi & laudari oportet. Atq; ita in deo gaudere, etiam tūc,  
quando malos male perdit in corpore & anima, quia in his  
omnibus summa sua & ineffabilis iustitia lucet. Itaq; infer-  
nus quoq; plenus est deo & summo bono, non minus q;  
cœlū. Iustitia em̄ dei, ip̄e deus ē, deus uero summū bonū ē.

Quare ut misericordia, ita & iustitia eius seu iudicium sum  
me amandū, laudandū, prædicandū est. Hoc sensu. Dauid  
dicit. Lætabit̄ iustus cum uiderit uindictam, manus suas la  
uabit in sanguine peccatoris. Hac ratione phibuit dñs Sa  
muel. i. Regum. xvi. Ne amplius Saulē lugeret dicens.

Vsq̄ tu luges Saul, cum ego piecerim eum ne regnet  
super Israēl. Quasi diceret, adeo ne uoluntas mea tibi dis  
plicet, ut hominis uoluntatem mihi præferas. Deniq̄ hæc ē  
illa uox laudis & gaudij p̄ totū psalteriū, q̄ dñs si uideſt ui  
duar̄, & p̄ orphanoꝝ, q̄ facturus sit uindictā pauper̄, & iu  
dicium inopis, q̄ confundent̄ inimici, perdentur impij, &  
multa similia. ¶ Quod si quis generationi illi sanguinū,  
quæ occidit iustos, etiam filiū dei, & impior̄ cumulo, uelit  
stulta misericordia compati, iam inueniet eoꝝ congaudere  
iniquitati, & p̄bare ea quæ gesserunt, dignus qui cum eis si  
militer pereat, quoꝝ peccata nolit uindicari. A uideſt illū  
ij. Reg. xix. Diligis odientes te, & odio habes diligētes te.  
Sic enim Iacob ad Dauid dícebat, quando Absalon impiū  
homicidam suum nimis lugebat. Quare in hoc spectro co  
gaudendū est uniuersae sanctor̄ pietati & iustitiæ dei, quæ  
persecutores pietatis iustissime punit, ut liberet suos electos  
ab eis. A tq̄ ita uides non parua, sed summa bona, in mor  
tuis & damnatis lucere. Nempe uindicatam omnium san  
ctor̄ iniuriam, & tuam quoꝝ si iustus es cum eis. Quid  
ergo mir̄, si & per tuū præsens malū uindicit hostē tuū. i.  
peccatum corporis tui: immo gaudendum tibi in hoc offi  
cio optimæ iustitiæ dei, quæ etiam te non rogante, pessimū  
tuū. i. peccatum tuū, in te ipso sic occidit ac perdit. Cui si cōpa  
tiaris, amicus peccati, & hostis iustitiæ in te opant̄ inuenie  
ris, qđ tibi summe cauendū sit, ne tibi quoꝝ dicāt. Diligis  
odiētes te, & odis diligentes te. sicut ergo iustitiæ in tuū pec  
catū seruienti cū gaudio cōgratulari debes, ita eidē cōgratu  
leris in peccatores, oīm ac dei hostes seruienti, uides itaq̄ in  
summis malis, summa bona uideri, & lætari nos posse in  
summis malis, non propter ipsa mala, sed propter summam  
bonitatem iustitiæ nos uindicantis.

**C**aput quintum, de sp̄ectro quinto, qđ est bo  
num sinistrum, seu ad sinistram.

**A**dversarii hi sunt, in uita adhuc positi (nā in p̄cedēte  
uim) hos alio affectu itueri decet, uidēdaq; duplicitia eorū  
bona. Primo, qđ tpaib; abūdant, ita ut pphetae qđ eorū bo  
nis, ppe cōmoti sint ad inuidiā, ut ps. lxxij. Mei pene moti  
sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelaui super  
iniquos, pacem peccatorū uidens. Et infra. Ecce ipi pecca  
tores & abūdantes in sēculo obtinuerūt diuitias. Hiere. xij.  
Iustus quidem es tu dñe, si disputerem tecum, uerunt̄ iusta  
loquar ad te, quare uia impiorū prosperatur. Bene est om̄i  
bus qui pr̄uaricantur & inique agunt.

**C**ur em̄ tanta sup̄ eos bona effundit gratis & p̄dit? n̄isi ut  
nos solef̄ & oñdat, qđ bonus sit ihs, qđ recto sunt corde, ut idē  
ps. lxxij. dicit. Qui malis tā bonus est, qđ magis bonis bo  
nus erit: n̄isi qđ malos nullo malo uexat, bonos uero multis  
malis tērat, ut nō tm̄ in bonis p̄ntibus, sed in absconditis qđp  
& futuris, eū agnoscāt esse bonū sibi, dicantq; cū eodem ps.  
Mihi uero adhaerere deo bonū est, ponere in dño sp̄ē meā.  
q.d. Etsi aliqd patiar, qđ illos liberos uideo, tñ cōfido, qđ mi  
hi deus multo magis bonus sit qđ illis. Atq; ita, bona uisibi  
lia, malorū nobis incitabulū sunt, sperādi bona iuisibilia, &  
contēndi mala quae patimur, non secus ac Chrs Matth.  
vi. nos uolatilia coeli & lilia agrī respicere iubet. d. Si ergo  
foenū qđ hodie est, & cras in clibanum mittitur, deus sic ue  
stis, qđ magis uos modicæ fidei. Quare ex collatiōe bono  
rum, quibus malū abundant, & malū qđ nos patimur, fides  
n̄ra exerceſ & cōsolatio in deū (quae sola sancta est) paraſ.  
Adeo necesse est omnia cooperari in bonum sanctis.

**C**alterū bonū, qđ multo mirabilius, qđ eorū mala nobis bo  
na sunt, deo sic nos curante. Nā & si peccata eorū sint scan  
dala infirmioribus, firmioribus tñ sunt uirtutis exercitiū, &  
occasio pugnæ, maiorisq; meriti. Beatus em̄ uir qđ suffert te  
tationē, qm̄ cū pbatus fuerit, accipiet coronā uitæ. Quae ue  
ro maior tentatio, qđ multitudo illa pessimorū exemplorū?

**D**enique hinc mundus, unus hostiū appellat̄ sanctor̄ dei, q̄ suis illecebris & impijs operibus nos irritat, puocat, allicit, de uia dei, in uiā suam, sicut Gen. vi. Viderūt filij dei filias hoīm, q̄ essent pulchræ, & caro facti sunt. Et Nume. xxv. Filij Israel ceciderunt cū filijs Moabitar̄, ita ut salutare sit, nos semper aliquo incommodo premi, ne mūdi scandalis offensi, ruamus & peccemus nos infirmi. Sic Lot commē datur a Petro. iij. Pet. ij. q̄ a Zodomitar̄ pessimis exemplis multa passus sit, ut in iustitia sua per hæc promouerit. Necesse est ergo, ut hæc scandalia ueniant, q̄ operent nobis pugnam & uictoriam. Væ tamen mundo a scandalis. Si autē in peccatis alior̄, tanta nobis bona p̄curat deus, quanto magis in nostro incomodo, nobis bonum operaturus toto cor de credi debet, & si sensus & caro aliud iudicet.

**N**on minus boni nobis mundus confert ex altero malorum suor̄ latere, quod est aduersitas. Nam quos illecebris non potest deuorare, & scandalis sibi incorpare, passionibus conatur a se expellere, & malis poenaq̄ exturbare, sp̄ aut insidias per peccator̄ exemplum, aut furias per poenaq̄ tormentum intentans. Hæc est enim Chymæra monstrū, cuius caput uirgineum & blandū, uenter leoninus & truculentus, cauda serpentina & mortifera, quia finis mundi, tam uoluptratis q̄ tyrānidis, uenenū & mors sempiterna. **S**icut ergo in peccatis mundi fecit nos deus bona nostra inuenire, ita ut & persecutiones eius non sint frustra & ociosæ, ordinantur nobis ad incrementum honor̄ nostror̄, ut hoc ipso quo nobis nocent, cogant prodesse, sicut B. A uigu. de paruulis ab Herode necatis dicit. Nunq̄ potuisse tantum, p̄fuisse obsequio, quantum p̄fuit odio. **I**t B. A gatha gloriabū da ad carcerem, tanq̄ ad epulas iuit, causans in hunc modū. Nisi corpus meum feceris a carnificibus tuis bene contrectari, non potest anima mea cum palma ad paradisum introire, sicut granū, si non exuta fuerit theca eius, & in area fortiter percutiat, non reponit in horreum. Sed quid hic modica loquimur: cum in hanc rem tota scriptura, omnū patrum scripta & dicta, omnium sanctor̄ facta & gesta uidea-

mus consonare. **E**sse eos utilissimos credētibus, q̄ sunt eis no-  
centissimi, modo recte ferantur, ut Petrus. i. Pet. iiiij. Et quis  
est qui uobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Psalm.  
lxxxvij. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis  
non apponet nocere ei. Quomodo non nocet, cum saepius  
etiam occidat? quia scilicet nocendo maxime prodest. Ita  
uidemus undiq; nos in medijs bonis habitare, si prudentes  
sumus, simul tamen in medijs malis, adeo omnia sunt mire  
temperata diuinæ bonitatis magisterio.

¶ Caput sextum, de spectro sexto, quod est de-  
xtrum, seu ad dextram.

**H**Aec est ecclesia sanctorū, noua creatura dei, fratres  
& amici nostri, in quibus nihil nisi bonum uidemus,  
non nisi consolationem, non semper quidem oculis carneis  
(nam sic in contrario spectro sunt malorū) sed oculis spiri-  
tualibus. Quanq; & illa eorū bona, quæ uidentur, non rei-  
cienda sunt, quin in his nos consolari a deo intelligamus.  
Nam & ps. lxxij. non fuit ausus damnare omnes, qui in sae-  
culo obtineret diuitias, dicens. Si dicebam sic, ecce nationē  
filiorū tuorū reprobaui, id est, si uolui dicere, esse omnes ma-  
los, qui diuites, sani, honoratiq; essent, iam etiam sanctos tu-  
os damnasse, quoq; multi in his sunt. Sed & A postolus  
Timotheum docet, ut præcipiat diuitiis huius sæculi, nō  
superbe sapere, diuites esse non phibens. Et Abrahā Isaac  
& Iacob diuites scriptura refert fuisse. A tq; Daniel cum so-  
cijs suis, honorati etiam in Babylone fuerūt. Præterea mul-  
ti reges Iuda sancti fuerunt. Hos itaq; intuitus psalmus di-  
cit. Si dicebam sic, nationem filiorū tuorū reprobaui. Dat,  
inquam, deus etiam suis horū bonorū copiam, ad solatium  
eorū & aliorū, uerū non hęc eorū propria, immo hęc umbra  
& signa sunt uerorū bonorū, quæ sunt, fides, spes, charitas,  
aliamq; gratiæ & dona, quæ omnia communia sunt per cha-  
ritatem. ¶ **H**aec est communio sanctorū, in qua gloria  
natur. Et quis non hic superbiat, etiam in magnis malis, qui  
credat id quod res est. Este scilicet omnium sanctorū bona,  
sua bona, suum malū esse illorū quoq;. Hoc enim spectrum

dulcissimum & iucundissimum est, quod Apostolus ad Galatas  
hoc uerbo pingit. Alter alterius onera portate, & sic imple  
bitis legem Christi. Nonne bonum est nos hic esse, ubi si  
unum membrum (ut. i. Cor. vi. dicit) patitur, compatuntur  
& omnia membra, si unum glorificatur, congaudent omnia  
membra? Itaque dum ego patior, patior iam non solus, patitur  
me cum Christus & omnes Christiani, sicut dicit. Qui tan-  
git uos, tangit pupillam oculi mei. Ita onus meum portant  
alii, illorum uirtus mea est. Fides ecclesiae, meae trepidatio-  
ni succurrat, castitas aliorum meae libidinis temptationem sus-  
fert, aliorum ieunia mea lucra sunt, alterius oratio pro me  
sollicita est, & breuiter ita inuicem sollicita sunt membra,  
ut honestiora etiam inhonestata tegant, seruent, honorent,  
sicut prima Corinth. sexto, pulchre describit. Atque ita uere  
gloriar possim in aliorum bonis, tanquam meis propriis.  
Atque tunc uere & mea sunt, si gratulor & congaudeo eis.  
Sum ergo turpis & foedus, at illi quos amo, quibus applau-  
do, formosi decorique sunt. Quo amore mihi non solum  
eorum bona, sed eosipso facio meos, quare sub horum glo-  
ria facile mea honorabitur ignominia, eorum abundantia  
mea implebitur inopia, eorum merita meis medebuntur pec-  
catis. Quis ergo queat desperare in peccatis? quis non gau-  
deat in poenis, qui sua peccata & poenas, iam neque portat,  
aut si portat, non solus portat, adiutus tot sanctis filiis dei,  
iipo denique Christo? Tanta res est communio sanctorum  
& ecclesia Christi? ¶ Quod si quis haec non fieri aut  
geri credit, Hic infidelis est, Christum & eccliam negavit.  
Nam & si non sentiat, uere tamen ita agit, immo quis non  
sentiat? Nam quod non desperas, quod non impatiens es si  
ceris, quis in ea est? Tua uirtus: nequaquam, sed communio san-  
ctorum. Alioquin nec ueniale peccatum ferres, nec uerbum  
hois contra te sustineres, adeo prope est Christus & ecclia.  
Hoc est, quod dicimus. Credo in spm sanctum, sanctam eccliam  
catholicam. Quid est credere eccliam sanctam, & sanctorum com-  
munionem? Quo cōmunicant autem sancti? nempe bonis &  
malis, omnia sunt omnia, sicut figurat sacramentum altaris in

panē & uino, ubi unum corpus, unus panis, unus potus ab Apostolo dicimur. Quis enī offendit particulam corporis, in quo non totum corpus offendat? Quid patitur extrebus pedis polliculus, quod non patitur totum corpus, quod beneficium confertur, uel pedibus, in quo non gaudet corpus totum? At nos unum corpus sumus. Quicqđ alius patit, ego patior & fero, quicquid bene fit in eis, mihi fit. Ita Christus dicit, sibi factū, quod suis minimis factū fuerit. Quis panem altaris quantumlibet particula accipies, non dicitur panem accepisse. Quis particulam eius contemnens, non panem contempssisse dicitur.

**¶** Quare si dolemus, si patimur, si morimur, huc ferat intus, & fortis credamus, ac certi simus, qđ nō nos, aut nō soli, sed Christus & ecclesia nobiscum dolet, patit, morit. Adeo scilicet, nobis Christus noluit mortis usum esse solitariam, quam om̄is homo horret, sed comite tota eccl̄ia, uiā passio-  
nis & mortis ingredimur, & fortius eccl̄ia tolerat, qđ nos ip̄i, ut uere possimus illud Helisæi.iiij. Regū. vi. nobis aptare, qđ ad seruū suum timidū dixit. Noli timere plures nobiscū sunt qđ cum illis. Cūq; orasset Helisæus, ait. Dñe, aperi oculos pueri huius, ut uideat, & aperuit dñs oculos pueri & uidit. Et ecce mons plenus equorū & currū igneorū in circuitu Helisæi. **¶** Hoc solū & nobis restat, ut oremus, qđ no-  
bis aperiant ocli, & uideamus eccl̄iam in circuitu nřo, fideli inquam oculi, tunc nihil est quod timebimus, sicut & psal-  
mus. cxxiiij. Montes in circuitu eius, & dñs in circuitu po-  
puli sui, ex hoc nunc & usq; in seculum, Amen.

**¶** Caput septimū, de spectro septimo, quod est bonum supernum, seu supra nos.

**N**ihil de aeternis & coelestibus bonis loquor, quibus bea-  
ti fruunt in uisione clara dei, aut saltem de eis in fide  
loquor, & qua rōne nobis possunt esse cōprehensibilia. Ita  
hoc septimū spectrū est, Iesus Christus rex gl̄iae, resurgēs  
ex mortuis, sicut idēm fuit septimū spectrū malorū, passus,  
moriens, & sepultus. **¶** Hic uidere licet, summū cordis  
nostrī gaudiū & stabilitā bona, nihil hic prorsus malorū, qđ

Christus resurgens ex mortuis iam non morietur, mors illi ultra non  
dabitur. Hic est, caminus charitatis, & ignis dei in Sion, ut  
Esa. dicit. Christus enim natus est nobis, non solum auctus, sed & datus  
est nobis. Quare resurrectio eius mea est, & omnia quae per  
resurrectionem suam operatus est. Et ut Applus R. viij. exu-  
beratissime gloriatur. Quoniam non omnia nobis donauit cum illos.  
Quid autem operatus est resurgendo? nempe peccatum destru-  
xit, iustitiam suscitavit, mortem absumpserit, & uitam reddi-  
dit, infernum uicit, & gloriam sempiternam contulit. Haec  
sunt inaestimabilia, ita ut mens hominis uix audeat ea cre-  
dere, sibi donata esse, uelut Iacob Gene. xlvi. Cum audiret  
filium suum Joseph regnare in Aegypto, quasi de graui so-  
mno euigilans, non credebat eis, donec illis repetentibus  
omnia, plaustra quoque ostenderent missa a Joseph. Ita ue-  
re difficile est credere, tanta bona, nobis indignis in Christo,  
collata, nisi multis uerbis, ac ut multis apparitionibus sele  
discipulis manifestauit, ita nos tandem uelut plaustris, usu  
& experientia doceat ita credere. Plaustrum sane est suauissimum,  
quod factus est nobis iustitia, sanctificatio, redemptio, sapi-  
entia a deo, ut i. Corin. i. A postolus dicit. Ego enim pec-  
cator sum, sed uehor in eius iustitia, quae mihi data est. Im-  
mundus sum, sed sanctificatio mea est sua sanctitas, in qua  
surauiter uehor, stultus ego sum, sed sapientia eius uehit me,  
damnabilis sum, sed libertas eius redemptio mea est, plau-  
strum securissimum. Ita ut Christianus (modo id credit) de  
meritis Christi, & omnibusceniorum bonis, non aliter queat glo-  
riari, quam si ipsem ea fecisset, adeo sunt eius propria, ita  
ut iam securus etiam dei iudicium expectare audeat, quod  
tamen insustentabile est. Tanta res est fides, tanta bona no-  
bis parit, tam gloriosos dei filios constituit. Nec enim fi-  
lii esse possumus, nisi paterna bona haereditemus. Dicat et  
go Christianus cum fiducia. Vbi est mors uictoria tua? ubi  
est mors stimulus tuus, id est, peccatum? Stimulus enim  
mortis peccatum est, uirtus autem peccati lex, deo autem  
gratia, qui dedit nobis uictoriam per Iesum Christum do-  
minum nostrum, Hoc est, lex facit nos peccatores, pecca-

tum facit nos reos mortis. **Q**uis hæc duo uicit? Nostra iustitia: nostra uita: non, sed Iesus Christus a morte resurgēs, peccatum & mortem damnans, suam iustitiam nobis impartiens, sua metita nobis donans, suam manum super nos ponens, & bene habemus, & legem implemus, & peccatum mortemq; superamus, de quo sit honor, laus, & gratiarum actio deo in sæculorum, amen.

**C**Hoc ergo spectaculum supremum, in quo iam non modo supra mala nostra, sed etiā supra bona nostra eleuatis sumus, & sedemus iam in bonis alienis, alieno labore partis, qui prius facuimus in malis, alieno peccato conquisitis, & nostro auctis. Sedemus inquam in iustitia Christi, quia ipse iustus est, quia huic nos adhaeremus, per quam ipse deo placet, & pro nobis mediator interpellat, & totum se nostrum facit, optimus sacerdos & patronus. **Q**uod ergo impossibile est, ut Christus in sua iustitia non placeat, tam impossibile est, ut nos fide nostra, qua illius iustitiae inhæremus, non placeamus. Quibus sit, ut Chrifianus sit omnipotens, omnium dominus, omnia habens, omnia faciens, prorsus sine ullo peccato. Quod si etiā in peccatis sit, tamen necesse est, ut non noceant, sed docentur propter insuperabilem, & omnia peccata exhaustientem iustitiam Christi, in qua fides nostra nítitur, fortiter credens talem nobis esse Christū qualem diximus. Nam qui id non credit, surdus fabulam audit, nec Christum agnoscit, nec ad quid prosit, nec quis eius usus sit, intelligit.

**C**Quare uel hoc unum spectrum, si nulla sint alia, tanta nos potest consolatione imbuere, si bene & corde intento spectetur, ut non modo malis nostris non doleamus, sed etiā gloriemur in tribulationibus, præ gaudio, quod in Christo habemus, uix ea sentientes. Quia gloria nos erudit ipse Christus dominus, ac deus noster in sæcula benedictus, **A M E N.** **F**inis.

**C**Folio.vi. facie.i. uersu.xv. lege Chorozain. Folio.vii. facie.i. uersu.xx. lege peiore.

**C** His nugis meis Illustrissi. Princeps officium quale-  
cunque paupertatis meæ testantibus, me Illustrissi. D. T.  
commendo, maiora offerre paratissimus, si facultas spiritus  
mei, uotis responderit unquam. Neque enim aliquando  
non ero debitor, cum cuius meo proximo, tum maxime  
Illustrissi. D. T. Quam nobis & clementibonitate, diu ser-  
uet incolumem, & fœlici tandem sine, ad se reducat domi-  
nus noster Jesus Christus, A men.

Illustrissi. D. T.

Orator Frater  
Martinus Luther  
August. Vuitten  
bergen,

**C** Coloniae in ædibus Eucharii Ceruicorni,  
Anno uirginei partus, M,D,XX.

1862659

